



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CII. Bischof Albrecht von Halberstadt erhebt von dem Nicolaistifte eine
Geldbewilligung, am 25. April 1323.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

tam militis nostri fidelis, scilicet *Conradi de Osterburch*, dedimus ac presentibus litteris donamus sollempni donatione honorabili Collegio canonicorum Ecclesie sancti Nicolai in *Stendal*, proprietatem veram et legitimam super duobus choris tritici minus tribus modis in villa *Rökez*, quos idem miles dicte ecclesie vendidit quosque vir discretus *Johannes de kyriz* prius prepossevit, Reseruatis nobis nichilominus in dietis choris Precaria atque censu. Renunciantes omni iuri proprietatis, quod in premissis choris hactenus dinoscimur habuisse. Huius nostre donationis testes sunt *Gherardus de kercowe* miles noster, *ffredericus de vincelberg* noster aduocatus nec non *hermannus de luechow* noster notarius cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum *Tangermundis*, anno domini *M^o. CCC^o. XXII^o*. feria *V^a*. ante dominicam *Esto mihi*.

CH. *Bischof Albrecht von Halberstadt* erhebt von dem *Nicolaisifte* eine Geldbewilligung, am 25. April 1323.

Nos *Albertus*, dei gracia *Halberstadenfis* Ecclesie Episcopus, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, Quod libertatem Ecclesie *Stendaliensis* illesam et intactam in omnibus suis clausulis et articulis exemptionis cuiuscunque irrefragabiliter volumus perpetuo conseruare, Grates vberes cum inclinacione attenta reddentes, Quod predicta Ecclesia nobis quibusdam pecunie beneficiis non ex Jure obligationis, sed ex mera liberalitate sua, dignata est nobis in necessitatibus nostris gratuite subuenire, Nolentes sepedictam Ecclesiam huiusmodi supplicacionibus subuencionum amplius honorare, sed memoratam Ecclesiam in omnibus suis casibus, quando quomodo et quociens nos rationabiliter requisitos habuerit, decreuimus efficaciter promouere. Datum *halberstatt* Anno domini *Millesimo CCC^o. XXIII^o*. In die *Marci ewangeliste*. In quorum etiam euidenticiam sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

CH. *Markgraf Ludwig* genehmigt die von *Henning Schadewachtens* Söhnen vorgenommene Errichtung des Altars der h. drei Magier in der Domkirche, am 21. Jan. 1324.

Lodewicus, Dei gracia *Brandenburgensis* et *Lusacie* Marchio, — cum discreti iuuenes *Nati Henningi Schadewachten* bone memorie spiritu ducti ex alto, thesaurizare sibi volentes thesaurum in celo, Altare quoddam in Ecclesia *Sancti Nicolai* in Ciuitate nostra *Stendal* in honorem *Sanctorum trium Magorum* de concensu expresso *Dyocesani* fundarint, Ipsumque Sex Choris duri frumenti, quorum quatuor siti sunt in *Magna Swartelose* Et in *Vngeling* quindecim modii filiginis, nouem modii tritici, XI. modii ordei, XI. modii auene, et septem solidi denariorum brand, sollempni donatione dotarint, in remedium salubre anime dicti *Henningi* patris eorum, atque salutem animarum suarum et successorum suorum, Nos huius factum, coram omnipotentis oculis acceptabile decernentes ac approbantes, presentibus litteris publice profiteamur, quod expressa et sollempni donatione dedimus et presentibus donamus proprietatem omnimodam super dietis sex choris seu fructis altari predicto perpetualiter attinendam. — Pro hac nichilominus nostra donatione dicti *Juuenes* nobis dederunt complete *Viginti* *Marcas* *argenti* brand, de quibus ipfos fatemur presentibus litteris absolutos. Testes